Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 03.01.1722

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 53

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238303

1HC209

Berolini Januar. III.
CIƆIƆCCXXII.

53

Vir summe Reverende,
Parens atque Praeceptor ex animo
colende,

Significo, nos per dei gratiam recte valere. Multhusinas responsiones nondum accepi. Celebro autem Dominum, qui mihi dubio procul aderit, ne in vias incidam, de quibus aliquid forsan iusti dubitatis mihi dari queat. Praeparationem ad Natalitia Christi accepimus, qua Dnus de Brunno multum delectata est. Exemplar a me Domina accepit, reginae tradendum, alterum ipsa postulavit, quo principi regiae natu maximae dari posset, quod itidem dedi. Non autem opus esse iudico, ut plura exemplaria ligaturae elegantioris transmittantur. Animadverto enim, non tot esse tradita, quot suppeditare hactenus solitus sum transmitto Ideam, quantum licuit, revisam. Praefationem, nisi novam forsan adornare malueris, itidem interpretabor, transmittamque. Indicem quoque transformare incepi. Sed dubius factus sum, quia paginae omnes mutabuntur, ut opinor. Lemmata alioquin retineri possent, transponenda ipso ordine, quem voces Latinae requirent.

Re-

Rescribas quæso, Vir summe Reverende, quæ sit voluntas tua. De præfatione observandum, in Opusculo ad illam provocari, ad Scripta nempe in eadem commemorata. Nobilis quidam Britannus, peregrinationem obiens, in regiam nostram delatus est, curiosi et inquieti ingenii, adeo ut iudicium deesse videatur. Is dicit, se circumeuntem, contionatores audivisse, Romano-Catholicum autem præ cæteris sibi placuisse. Profitetur, se deditum esse religioni d' un honnete homme. Turcorum mores præ omnibus sibi placere dictitat. Hos sinceros esse. Forsan illorum indolem nondum perspexit. In Judæis sibi avaritiam displicere, ait. Lunam haut dubie incolis plenam esse, robustioribus et crassioribus, quam quos noster orbis ferat. Ita semper nescio quo casu est in aulis aliquid μετεωριζόμενον.

In Idea locum quendam allegatum pag. 74. n. d. nempe Rom. IIX, 30. non video de materia agere, de qua citatur, neque vidi verum locum quem substituerem. Vale in Domino, Vir summe Reverende, et ama

Tuum
omni cultu et obsequio
Augustum John.

A Monsieur

Monsieur Franck,
Professeur en Theologie
très-celebre

à

Halle.

Franckesche Stiftungen zu Halle